

Tetracæus ex 3. breuibus. Dactylus è longa, & breuibus. Anapestus è contra ex duabus breuibus, & vltima longa. Brachius ex breui, & duabus longis: Antibacchius è contra. Creticus ex longi, breui, & longi, Amphibacæus ex breui, longa, & breui.

Ex quatuor Pæon est, ex vna longa, & ex tribus breuibus. Antipeom ex tribus breuibus & vna longa: procellæumaticus ex quatuor breuibus: Dochimus ex brachio, & iambo militis.

Omnis oratio apud Cicer, capit pedes, maximè autem creticum dichoreum, dochimum, & pæonas. In oratione humili iambs laudatur; in ampla pæon: in vtroque dactylus; omnes tamen pedes intrans in omnes.

Initium pèriodi magnificum sit, quod dactylo, pæone, & cretico, sæpèque anapesto rectè fit. Interdum à spondeo, & dochimo exordimur.

Finem pèriodi tres pedes ornent, qui sint chorei, aut spondei, aut misti presertim in grauibus. Laudat hinc Cicerò creticum; & Arist. antipæona. Dochimus in grauibus commendatur. Sed *auris verba diudicet*, vt ait Iob.

Medium exornent mixti ex longis breuibusque, ne curfitore, aut anhelare videaris. Pæonem, & creticum, & bacchium, & dochimum approbunt. Sed cum celeriter vis dicere, vt ere pedibus breuioribus tempore, cum grauiter, longioribus.

Conueniant acuto sermoni, quo docemus, & probamus, presertim in confirmatione, & confutatione, libertas à vinculis ornatus, & figurarum, & numerorum; atque acumen rationis, quo penetres animos.

Vehementi verò, & amplificationi, quibus mouemus, viuificationes, & numeri graues, insigniter effluentes, & circumscriptim, ardentèque loqui.

Mediocri verò vt in procemiis, & laudibus, & rationibus, ornatus, & nitor, & harmonia multa.

Considerabis semper quis, & quibus, & quid dicit, prout ab initio considerabamus.